

METHODVS DISCENDI FORMVLAS LATINAE LINGVAE, EX OPTIMIS QVIBVSQVE, PROBATISSIMISQ́; Auctoribus collecta, in primis rudiori ætati vtilis.

AVCTORE
PETRO APHERDIANO.

Editio postrema cæteris multò castigatior & auctior.

Accessit nunc primùm dictionum & phrasium germanica interpretatio, per M.P. in vsum & maiorem iuuentutis Germanicæ commoditatem.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote,
ANNO M. D. LXXXXI.

GODFRIDVS STRATANDER

Venradius ad candidum ac beneuolum Lectorem.

Huc ades ante omnes exoptatißime Lector,
Qui pergis studijs consuluisse tuis.
Si cupis Aonijs vsque inuigilare Camænis,
Hunc rogo gratanti pectore sume librum.
Has emi selectas, quin disce & perlege gnomas,
Quæ multum ex omni parte lepôris habent.
Quasq́; Paludanus Mathias stimulatus amico,
Teutonico vertit non sine laude stylo.
Linguæ Romanæ flores ex fonte Latino,
Teutonicasq́; phrases continet iste liber.
Eloquio promptos Latio, linguaq́; disertos
Almanica facit: hic laus vtriusque viget.
Vsque solœcismos & barbara verba repellit,
Atque docet Batauos cultiùs ore loqui.
Hunc ergo verses noctesq́; diesq́; libellum,
Quò Musas vena prospere ori colas.
Sicq́; satis lingua tua Musa perita vtriusque
Non perdet fructum, Lector amice, suum.

INTE-

INTEGERRIMO CLARISSIMOQVE VIRO, D. BERNARDO STARTIO COMMANDATARIO cæterisque Dominis in Valle D. Ioannis apud Herderuicenos humaniss. Petrus Apherdianus S.D.



VEMADMODVM gratitudo virtus est, sicut Tullius ait, Viri humanißimi, nō solùm maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum: ita ingratitudo vitia in se omnia complectitur. Nam vbi hæc dominatur, ibi nulla pietas, nulla religio, nulla amicitia cōstare potest: quibus sublatis, nihil in rerum natura, quòd magnopere expetendum sit, manebit, Vnde verißimum illud: Dixeris maledicta cuncta, cùm ingratum hominem dixeris. Et quia hoc vitium communioni & societati vehementer damnosum esse solet, ideò Macedones rectißime fecisse videntur, quod grauißimam legem aduersus ingratos sanciuerunt. Videbant viri illi prudentißimi multos à benefaciendi studio alienari, & suam benignitatem in alios claudere, cùm in male gratos accidissent. Et hanc potißimam esse causam arbitror, quare hoc sæculo longe deploratißimo, liberalitas minus exerceatur, quòd boni & benigni subinde ab ingratis læsi, gratos experiri recusent. Quòd nisi ita esset. Prouerbium. τὰ τῶν φίλων κοινὰ, maiorem locum vbique haberet, neque συν τῇ πανίᾳ

tam multis bellum esset. Nusquam enim liberalitas se libentius exerit quàm vbi gratitudo est. Adeò hæ virtutes ad se mutuò respiciunt, Et societatem hominum magis conseruant, quàm vlla legum vincula. Nam quæ potest stabilior esse ciuitas, quàm vbi certatim alij benè mereri, alij parem persoluere gratiam contendunt? Ibi nulla discordia (quæ etiam res maximas dilabi cernimus) nulla Erynnis hominum animos dißipat, sed omnia læta, omnia serena & tranquilla sunt. Quæ quoties egomet mecum in animo perpendo, viri humanißimi, pudore quodam (ita me Deus amet (suffundor, tantam vestram benignitatem & beneuolentiã erga nos & scholam nostram extare, & nullam omninò gratiam referri. Quam enim honorificè nos semper excipitis, quam benigne & comiter tractatis, quam denique promptum in omnibus officium promittitis, nemo est qui ignorat. Taceo iam, quàm pij & liberales estis in pauperiores nostræ scholæ alumnos, quos nunquàm frustrà istuc venire constat. Sed quia nostræ facultatis non est, pares referre gratias: à Deo omnium bonorum remuneratore abũdè pensabitur. Et mihi persuadeo, vobis satisfacere etiam qualemcunque grati animi significationem. Ideoque hanc Methodum, quàm formandæ puerorum linguæ gratia solùm collegimus, vobis dicamus, vt videatis nos non omninò à gratijs alienos, atque beneuolentiam vestrã aliquo modo agnoscere, & quod alioqui re ipsa grati nõ sumus, fortunæ imputandum esse, quæ nescio quonam fato plerisque puerorum formatoribus ferè semper nouercatur, vt etiam pro summis laboribus & beneficijs sæpè odium

odium & contemptum feramus. Et non immeritò nos seruis olim in pistinam detrusis comparare quis posset. Nam quemadmodum illi perpetuò laborant, molam circumagentes: ita nos ferè scholam ingressi, in omnem vsq; ætatem saxum cum Sisypho versare videmur. Denique hunc finem habent nostra studia: Canescimus ante senectutem: morimur ante fata, dum publicè iuuentuti consulimus, male consulimus vitæ nostræ. Sed benè impensum est, quicquid studiosis impenditur: & quicquid mundo vile atque obiectū habetur, id Deo præcipue placet qui neminem sua mercede fraudari sinet. Quod optime expendisse videtur noster Gymnasiarcha M. Henricus Dilenburgensis, alumnus Nassouius, Iuris Cæsarei ac Medicinæ Licentiatus, vir sane omni eruditione & morum integritate eximius. quem non piget iuuandæ iuuentutis amore repuerascere. Et posthabitis grauioribus studijs, in hoc die ac nocte incumbit, vt pubem sibi commissam pie ac honeste instituat, nō minùs morum quam doctrinæ rationem habens, quod hac tempestate admodum necessarium est, cum plerique parentes eam curam negligant. Etenim parturit, quod breui nō sine [illegible] vniuersæ Reip. vtilitate proditurum est. Non tamen ideò vobis nuncupamus, quod vestra præstantia [illegible]ta, aut magnopere digna iudicemus: verùm, vt [illegible]berrimi vestri nominis splendore nonnihil gratiæ accedat, & à Zoilorū morsibus vindicētur. Deus opt. Max. seruet vos diu incolumes ad suam gloriam & vestram salutem. Herderuici, ex ædibus scholasticis patrum D. Gregorij, 20. Augusti.

PETRVS APHERDIANVS OPTIMAE spei Adolescentulis, Henrico Visschero, Henrico Vvernin chouio, Ioanni Osinga, Cornelio Vvelio. Euerardo Delen, & reliquis suis discipulis.

S. D.

EN discipuli dilectissimi, habetis tandem nostras qualescunque lucubratiunculas, quas hactenus tanto disiderio expectastis, & quotidianis molestisq; precibus extorsistis. Iam agite, omni sedulitate atque diligentia versetis, vt hinc vel aliqua ad vestram eruditionem accessio fiat. Sic futurum est, vt nos huius laboris, quem alijs studijs non sine magna iactura subduximus, nunquam pœniteat, & alias in hoc exercitij genere plura & maiora tentemus. Parum enim præceptorum industria prestatur, nisi discipuli pari cura, atq; illi tradant, omnia acceperint. Habetis varias Latini sermonis formulas ex Cicerone, Terentio, atq; alijs classicis auctoribus hinc inde cõquisitas, easque in capita & locos quò pertinere videbantur, digestas, vt eo minore negocio & ediscere, & retinere possitis. Nunquam enim mihi placuit longis ambagibus vti, sed compendia (quæ optima docendi ratio est) per omnia sequi. Nemo tamen putabit, omina quæ ad hæsitantem rudioris ætatis linguã expoliendã spectant, hoc opusculo cõprehendi: sed solum ea, quæ infrequentiorem Latini sermonis vsum cadunt, & viam quandã huiusmodi phrases colligendi quasi digito indicari, ideoq; vestri muneris erit: accuratè omnia in auctorum lectione obseruare, & simili ratione plures locos, effingere, quò referatis tanq̃ in suam familiã quicquid elegans est, exquisitum, rarum, & quotidiano sermone vtile, vt cùm vsus poscat promptum & paratum habeatis, Sic enim fore confido, vt tandẽ nõ infeliciter Musis militasse videamini, & cũ summa laude ad parentes redeatis. Et nunc eius ætatis estis, qua non est alia his tractandis aptior expectanda. Laborate igitur, & omnem operam literis impendite, οὐκ αὖθις ὁ καιρὸς πολλάκις χαλεπῶς. Nã si nunc ignaui fueritis & tempori inseruire

neglexeritis: postea, credite mihi, sera vos subibit pœnitentia, & frustrà cū Phrygibus sapietis: Quia vidi ego iam iuuenem, (inquit ille premeret cum serior ætas. Mœrentē tardos præterijsse dies. Siquidem nihil velocius tēpore, & Optima quæq; dies miseris mortalibus æui Prima fugit, nō solū breuissima, sed & irrecuperabilis, Et quemadmodū breuis est rosæ nitor, ita fugax iuuentus: properamus carpere rosam, priusquam marcescat, quantò magis adnitendum, ne sine fructu effluat iuuentus: præsertim cum ex annis semper euntibus nihil accipimus, nisi q̄ rebus honestis & duraturis impendimus. Zeno autum dicebat hominibus nihil magis deesse quam tempus, longe dissentiens à nonnullis scholasticorū, qui bonā adolescentiæ partem somno, lusu, & nugis consumunt, quasi multū temporis supersit, quibus nunquam in menten venit illud Homeri: αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι. Sed vos cogitatæ: Νῦν ὡς πρίων ἀμητὸν εἶναι, nunc esse tempus parandæ gloriæ, parandæ eruditionis, parandi viatici in omnem vsque æratem, nunc demum agi, sitis ne perpetuò futuri omnibus ludibrio & ignobiles, an contrà, clari, & omni laude victuri. Nolite vobis deesse in rebus præsertim tā serijs & arduis. Nolite negligere occasionem, quæ iam adducta est, & à vobis gestit arripi: quam si procrastinando e manibus sineritis, frustrà auersam præhendere tentabitis. Nam fronte capillata, post est occasio calua. Hæc discipuli charissimis sensib' reponite, & cogitate nihil homini per omnē vitam dulcius esse studijs, que (vt inquit M. Cicero) adolescentiā alunt, senectutem oblectant, secundas res ornat, aduersis perfugium & solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Dominus Iesus seruet vos ab omnibus vitiorum inquinamentis puros, semperque ad meliora prouehat. Ex musæo nostro, 21. Augusti.

INDEX CAPITVM, QVAE IN HAC METHODO CONTINENTVR, IVXTA ordinem Alphabeti.

FINIS

S

E N-



LOQVENDI
FORMVLAE
Redens form.
CAPVT PRIMVM.


Oqui, facere verba, sermonẽ habere, sermo mocinari, dicere, Redens / sprechen / dz wort thun / sagen.

Pure & Latine loqui, elegãter, venuste, polite, ornate, Reth / artig / schön / zierlich / hupsch Latein reden.

Loqui inepte, barbare, inculte, impolite, parùm Latine Vngeschlagt / grob / vnbehawen / vngeschliffen böß Latein reden.

Prudenter loqui, grauiter, cordate, considerate, Weißlich / dapffer / bedächtlich reden.

Stulte loqui, inconsiderate, sine iudicio, sine ratione, Närrische vnbedächtlich / vnuernünfftig / ohngrundt reden.

Loqui acute, versute, subtiliter, Scharffsinnig / verschlagen / behendt reden.

Rustice, incondite, bäurisch / vngeschicklich / schlecht ohn vorbedencken.

Effutire, inconsulte & temere dicere aliquid, Etwas vnbedächtlich / leichtschlägig herauß sprützen / schwatzen.

Caue, ne ea quæ hic dicimus foris effutias.

Vide ne temere apud aliquem proferas.

Caue, ne cuiquam dixeris. Vide, ne mortalium vlli aperias, Hüte dich / luge zu / daß du es nirgens wo

nach

nach sagest/auß brengest.

Hoc verbum mihi excidit fortuitò, Diß wort ist mir vnuersehens entfaren.

Loqui præmeditatè, Bedächtlich reden.

Confidenter, audacter loqui, Getröst vnd vnuerzagt sprechen.

Fac omnia hæc præsenti animo dicas, id est, intrepide, Sage diß alles freymütiglich daher.

Timidè, timido animo dicere aliquid, furchtsam/mit zerschlagnem gemüt/Hertzen was sagen/verzagt sprechen.

Cicero: Timidè dico, sed tamen dicendum est, Ich sage es forchtsamlich / jedoch muß es gesagt sein.

Id citra arrogantiam dico, Procul absit arrogantia, Absit verbo inuidia, Das sage ich ohn ruhm/ ohn vermessenheit.

Id copia tua dicam, pace tua, Das mag ich mit ewerem vrlaub/frieden/gefallen sagen.

Verè & liberè loqui, Warhafftig vnd frey reden.

Illic non licet vere & libere loqui. Illic haud licet nisi præfinito loqui, Da mag man nicht frey reden/ noch anderst dann auff der wagen.

Non est mihi libera loquendi facta potestas.

Non dabatur libera loquendi facultas, Man ließ mich nit frey reden/sprechen.

Simulata mente loqui.

Non ex animo & verè.

Secùs sentire quàm loqui, Heuchlisch/erdicht/nicht

auß

auß dem hertzen / auffrichtig / sonder anders als man gefület / reden.

Vtinam istuc verbum ex animo & vere diceres, das du das wort von Hretzen / vnd warhafftig sprechst.

Emoriar, ni loquor ex animo. Dispeream si quid fingo. Ne viuam si quid simulo. Tellus mihi dehiscat, si secùs sentio quàm dico, Gott gebe / das ich sterbe / verderbe vnd versincke / so ich anders / als ich meine sprechen.

Bona fide aliquid dicere, sine dolo, sedulò, Auff gutten glauben / ohn falscheit / argelist / mit einem ernst was sagen.

Nihil dissimulat, nihil in pectore clausum seruat, Er geht da nicht an vmb / helt nichts hinder sich verschlossen im hertzen.

Dices etiam inuitus. Velis nolis, dices tamen, du wirst es auch vngern sagen / du woltest dann / oder nicht.

Dicere clarè, clara voce vt omnes audire possint, Klärlich / vberlaut sagen / sprechen das es allman hören kan.

Dicere summissè, summissa voce, Siedig mit erlaßner stimmen sprechen.

Dicere in aurē, ins ohr schmustern / heimlich sagen.

Dicunt, aiunt, ferunt, rumor est, Man sagts / es ist ein geschrey.

Ita prædicant, So sagt man.

Res in ore atque sermone omnium cæpit esse. In ore est omni populo. In hominum sermonem venit. Es ist in all

in allmanns maul/ es weiß ein jeder dar vonn zu schwätzen.

Res est peruulgata, vno ore omnes dicunt, das ding ist gar gemein/sie reden all einhellig darvon

Ne me optundas hac de re sapius, Fatz mich vmb diß ding nit mehr.

Quàm timeo quorsum euadas, Wie vbel förchte ich/ wo du hinaus willest.

Haud istuc dicas, si cognoris me, Solchs würdstu nicht sagen/wenn du mich kentest.

Eho, dic mihi, Ey/lieber sag mir. (doch.

Heus puer, dic sodes, Hörstu Jung/ lieber/ sage mir

Hem quid ais scelus Ey du schelm/was sagstu.

Carnifex quæ loquitur? wz saget der Galgenschwenckel/Hencker.

Breuiter dicendi. Kurtz redens form.

Caput 2.

D*Icere breuiter & strictim, summatim, Laconice, paucis. Præstringere, aliquid, compendio dicere. Dicere summam alicuius rei, non persequi partes. Summatim dicere aliquid, non particulatim*, Kurtzlich/mit wenig worten was sagen/angeben/fürtragen/die haupt puncten/stuck/principalste articklen nur anzeigen/

Dicam tibi breuiter, quid hac de re sentio, Paucis aperiã quid mihi videtur, Jch solls dir kürtzlich sagen/ was ich hiervon halte / oder was mich dar vonn duncket *Dicã quam breuißime potero*, Jch werdts als kurtz mir möglich ist/sagen.

Vt paucis dicam. Vt in pauca conferam, das ich kurtz in gezogen sage.

Quid multis moror? Quid verbis opus est, Was verziehe ich lang/was bedarffs wort?

De omnibus longum est dicere, Zu lang ist von allen zu reden.

Quin tu vno verbo dic, quid est quod me velis? Warumb sagstu nicht mit einem wort / was du mir willest.

Breuiloquens, Breuitatis studiosus, βϱόχυλογος.
Kurtz redend/der kurtze geflissen.

Laconismo gaudet. Laconica vtitur breuiloquentia, id Der mit wenigen geschickt zu reden lust hat/
Der sich deß ingezogenen reddens brauchet.

Est pauciloquus, sed eruditus, Er redet wenig/ist doch gelechrt.

Copiosè dicendi, & loquacitatis.
Vberflussig redens/ vnd schwätzens form.
Caput 3.

M*Vltis dicere aliquid, pluribus verbis, copiosè*, Etwas weitleuffig mit mehren worten reichlich darthun.

Copiosè & abundanter loqui de aliqua re, Reichlich vnd vberflussig von einer reden.

Subtiliter & copiosè hac de re disseruit, Er hat hiervon behend/kluglich vnd reichlich geredt.

Est copiosus ad dicendum, er ist im reden weitschwäbig/redsälig.

Prolixior est quàm par sit, in loquendo, *Aequo longior*

est

test in dicendo, Er ist im reden zu langwirig.

Multiloquus, verbosus, loquax, garrulus, polylogus, Schwätzig / so viel wort brauchet.

Multiloquium, garrulitas, vaniloquentia, verbositas, Vnnütz geschwätz / schwätzerey.

Vaniloquus, futilis, stultiloquus, Spermologus, Battologus. Schwätzmaul / dem dz maul nit still steht.

Aes dodoneum, Archytæ crepitaculum, Arabicus tibicen. Turture loquacior, Littore loquacior, Prouer. Der schwätzens nit ablahn kan / dem die zung zuviel gelösset ist / so jmmerzu schallet / der schwätzet wie ein Thol.

Nugandi, Fabulandi.

Kurtzweilens vnd schwätzens form.

Caput 4.

NVgari, garrire, cornicare, ineptire, Narrenred treiben / schwätzen.

Garrit quicquid in buccam venit, Er schwätzet daher was jm ins maul kommet.

Semper garrit, Nihil aliud quàm fabulatur. Solis fabulis vacat, Er schwätzet jmmerzu / das maul steht jm nimmer stil / treibet eitel fabelwerck.

Nihil ad rem loquitur. Nugas dicit. Picarum in morē tantum garrit, Nugatur, Er ploddert nur / schwätzet wie die Atzel.

Omittamus has nugas, missa faciamus hæc ridicula, Wir wollen dise Narrerey faren lassen.

Libet cum ineptis ineptire, Mit den vngeschlachten gefält mirs vngeschlacht zu reden.

Magno nunc conatu magnas nugas dixerit, id eſt, de induſtria nugabitur, Mit groſſem anſchein wirt er groſſe Geckſmären herfür bringen.

Farcire centones, Prouerb. Die brillen verkauffen/ eim etwas auff dem maw binden. *Plautus.*

Quin tu alium quæras, cui centones farcias. id eſt, quem glorioſis mendacijs, & confarcinatis fabulamentis expleas, Suche ein andern/dem du es anhängeſt/vnd mit worten betauſcheſt.

Sine capite fabula, Es hat wider haupt noch ſtertz.

Iocari, ſchimpffen / ſchertzen/ kurtzweilen. *Ioco dico, per iocum,* ich ſag es im ſchertz.

Serio dico. Jch ſag es mit ernſt.

Terent. Iocon an ſerio illæc dicat neſcio, Jch weiß es nicht/ob ers im ſchertz/ oder ernſt ſaget.

Extra iocum, Ohn ſchertz.

Muſsitandi, Murmelens oder brumlens form. Caput 5.

M*Vtire, muſſare, muſsitare,* Heimlich reden murmelen. *Nihil iam mutire audeo. Ne my quidem dicere audio. Ne hiſcere quidem audio,* Jch darff zwar nun nicht das maul auffthun zu reden.

Quid tecum muſsitas, Was brumleſtu mit dir?

Suſurrari audio, Jch höre ſie murmlen.

Ioannes cum Henrico conſuſurrat, Hans halt mit Heinrich heimlich geſpräch.

Suſurro, onis, ein ſchwätzer/hinderreder/ ohrenbläſer.

Aloquendi. Anſprechens form.
Caput 6.

A*Lloqui compellare, conuenire aliquem*, Anſprechen.

Compellare aliquem blando ſermone. Jemanden gutlich/freundlich zuſprechen. *ſic, Honorificè*, ehrbentlich.

Eſt qui te conuentum expetit. Quidam te vult conueni- re, Es begert da einer dich anzuſprechen.

Num quis me voluit? ſubaudi conuenire. Ecquis me quæſiuit? Will mich jemand? hat mich jemandt geſucht?

Non fuit mihi poteſtas conueniendi Ioannem, ich kund Hans nit zuſprechen bekommen.

Paucis te volo, id eſt, verbis conuenire, Jch will dich ein wenig.

Cupio rem ſeriam tecum agere. Velim de re ſeria te cõuenire, Jch begere was ſonderlichs mit dir zu verhandelen

Conueniendus eſt mihi Ioannes. Habeo Ioannem conuenire, Jch muß Hanſen anſprechen.

Alloqium, Anſprach.

Non me dignatur alloquio. Non iudicant me dignum quem alloquatur, Er halt mich nit wúrdig/das er mir zuſprache.

Affabilis, Geſprach / der ſich gern anſprechen ließt.

Ouidius: Nec viſu facilis, nec dicta affabilis vlli. Man kan den ſchwerlich zu ſehen/vnd zu ſprechen bekommen.

Non

Non cuiuis sui conueniendi potestatem facit, Er lasset sich nit vom jeden ansprechen.

Colloquendi. Gesprächs zu halten form.

Caput 7.

Colloqui, cōfabulari, miscere colloquia cū aliquo conferre, vel habere sermonē cū aliquo, mit jemāden gespräch halten/reden.

Neminem habeo, qui cum poßim familiares conferre sermones Careo omni colloquio, Ich hab keinen/ damit ich vertrawter weiß reden mochte.

Cupio clàm tecum colloqui, amotis arbitris, seorsum ab aliys, Ich wolte gern mit dir heimlich allein/ in sonders sperchen.

Venire in collocutionem cum aliquo. Ad colloquium cō gressumq; alicuius peruenire, Mit jemanden ins gespräch kommen.

Venerunt in colloquiū, Sie haben mit eināder sprach gelassen.

Admisit me ad colloquium, Er hat mich mit zum gesprach gelassen.

Contrà: Exclusit me colloquio.

Clandestina colloquia, Taciti congressus. Heymliche gesprach/ stille beykunfften.

Clandestina colloquia inter se habēt, Sie haben vnder sich heimliche gespräch.

Hoc ego & tu inter nos locuti sumus, Diß haben ich vñ du vnder vns geredt.

Multum cum illo de hac re locutus sum, Hie vonn hab ich viel mit jm geredt.

Nullus mihi omnino cum illo vnquam sermo fuit.
Nulla vnquàm de re cũ illo sermocinatus sum. Jch hab niewelt von einigen ding mit jm gesprochen.
Hac me mente fuiße tu in nostris sermonibus collocutionibusq; ipse sæpè vidisti, Das ich diß sinns gewesen bin / hastu offt selbst auß vnsern reden vnd gespräch vernommen.
De te sermo incidit apud nos. Incidimus in tui mentionem. Wir haben deiner gewach gehabt.
Nescio quomodo in istum sermonem incidimus, dilapsi sumus, Jch weiß nit wie wir an diese red geraten sein.

Narrandi, Erzelens form.
Caput 8.

N*Arrare, referre, recensere, memorare, commemorare*, Erzellen.
Id narrabo tibi ordine, Rem omnem quo pacto se habet, ordine recensebo. Rem omnem à principio audies, Jch wils dir ördentlich wie der handel an sich geschaffen/von anfang erzellen.
Præbe mihi aures, rem nouam ac lepidam tibi narrabo, Höre mich nur/ ich will dir ein newen vnd lüstigen bossen erzellen.
Mira narras, Du sagest wunder ding.
Id quod narras, non videtur mihi verisimile,
Incredibilia sunt quæ tu refers, Was du erzelest/beduncket mir dem waren nicht gleich/vngelaublich sein. *Narro quæ tu dudum narrasti mihi*, Jch verhole die du mir inlangst erzelet hast.

Non est nunc narrandi locus, Es ist jetzt nit erzehlens zeit noch platz.

Traho te longo sermone, Multis moror. Pluribus teneo. Ich halte dich auff mit meinē langen vnnd vielen reden.

Narra quàm potes breuißimè, Verzelts als kurtz du magst. *Non est fas referre*, Mann müst es nicht nach verzellen.

Memoriter referre potest, quod semel legit, Er kans außwendig verzellen/ was er eins gelesen hat.

Audita solùm refero, audita narro, Nihil præter auditū habeo, Ich sage nur gehörte ding.

Longum est si narrem tibi quamobrem hoc faciam. Lang wurts/ so ich dir verzelte warumb ich diß thun.

Affingere, Darzu dichten/da was bey setzen. Cicero: *Qui boni aliquid volunt adferre, affingunt aliquid quo faciant id quod nunciant lætius*, Welche was guter ding wollen anbrengen/ dichten was dabey/damit was sie verkundigen / solchs desto anmútiger machen.

Prædicendi. Vorhin anzeigens/ansagens form. Cap. 9.

P*Rædicere antedicere, præmonere*, vorhin sagen/ ermanen.

Satis prædixi tibi hoc futurum, Satis antè dixi tibi hoc sic fore. An non dixi hoc esse futurum? Ich habs dir vorhin gesagt / das solchs darauff erfolgen würde.

Tibi renunciata sunt hæc sic fore. Das diese ding sich der gestalt würden zutragen / ist dir verkündigt.

Terentius. Nihil aduersi accidit non prædicente me Nichts widerwertigs ist gebürt / das ich dir nit vor gesagt hab.

Terent. Dico tibi ne temerè facias, neq; tu haud dicas tibi non prædictum caue, Jch sage dirs / das du nichts vnbesinnlich thust / vnnd nicht sagest / es dir nit zuvorn gesagt sein / bist gewarnt.

Non oportuit præsciisse me antè, Solt ichs nit vorhin haben wissen müssen.

Nónne prius communicatum oportuit? Solt man mir diß nit zuvor angezeigt haben?

Abi, ac prænuncia hunc v eturum, Sehe hin / zeige an das diser kommen werde.

Affirmandi, Bezeugens / befestigens form.

Caput 10.

A*Ffirmo, confirmo, asseuero, assero, aio, adiuro,* Jch bestestige / bezeuge / für gewiß sage / beeides.

Id non ausim affirmare, das dürffte ich nit eigentlich sagen.

Audes tu hoc asserere? dürffstu das fur gewiß sagen.

Hoc tibi omni asseueratione affirmo, Diß sagt ich gewiß / fest zu.

Sacramento contendit verum non esse, Er schwierdt das es nicht so sey.

Hoc firmissimè asseuerat. Hoc valdè asseueranter dicit, Das sagt er gar starck mit hoher vergwissung.

Id se facturum asseuerauit, Er hats angelobt / das er solchs

solchs thun will.

Omnes id asserunt, diß sagen die leut all für gewyß.

Ain tu, Sagstu es also sein?

Aut aias, aut neges, Sagt jr ja oder nein darzu.

Tu ais, Ioannes negat, Du sagst ja/ Hans sagt nein.

Hoc sine vlla dubitatione confirmauerim, das dürffte ich ohn einige zweiffel für geweiß sagen.

Hoc planè non posse fieri confirmo. Ich sage/daß mit nichten geschehen kan.

Adiurat se hoc non fecisse, Er schwert das ers nit gethan habe.

Contradicendi, Negandi.
Widersprechens/vernienens form
Caput.11.

C*Ontradicere, reclamare, refellere, negare, inficiari, inficias ire.* Gegenreden/widerruffen/widerlagen/wernienen/leugnen.

Ioannes ait se nihil contradicere, Hans sprich/Er sage nicht darwider.

Vna voce omnes reclamant illius sentētiæ, Eius sententiæ vehementer ab omnibus reclamatur, Sie widderlagen sich allzumal seiner minung vnnd vrtheil hefftiglich. *Homo semper contradicens, Prouerbium in eum, qui nunquam fatetur se victum,*

Refellere, id est, quod dictum est, falsum ostendere, Widerlagen/widerreden verwerffen/straffen.

Non refello tua verba, Ich straff deine wort nit.

Nihil horum refellere potest, Er kan dieser keines widarlagen.

Cice. Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Wir seynd bereydt zu straffen ohn habigkeit / vnd gestrafft zu werden ohn zornmütigkeit.

Nego me hoc fecisse, Constanter nego me huius auctorem esse, Ich leugne je mich dieses dings anfanger seyn.

Inficiatur omnia quæ dudum confessus est, Er wederfallt alles was er inlangs bekandt hat.

Ego illud sedulò negabam factum, Ich sagte jmmer zu es wer nicht geschehen.

Ille instat factum, Er helt drauff / es seye geschehen.

Recusandi. Weigerns / abschlagens versagens form. Caput. 12.

R*Ecusare, abnuere, renuere, negare, denegare,* Weigern / versagen / abschlagen.

Nihil tibi à me postulanti recusabo. Ich werd dir von mir was heissend nichts versagen.

Sine recusatione, ac sine vlla mora negotium suscepit, Ohn widersagen hat er den hādel vnuerzeuglich angenommen.

Negat hoc facere, Er versaget das zu thun.

Tantillum mihi denegas? Versagestu mir ein so gerings?

An ego vnquàm tibi quicquam denegaui? Ecquid tibi vnquā negaui, Hab ich dir je etwas abgeschlagen?

Nihil illi à natura denegatum, Die natur / Gott hat jm nichts versagt.

Grauatur hoc facere: grauatim grauatè hoc facit,

Er

Er beschweret sich dz zuthun/ er thuts vngern.

Quaeso ne graueris ad me venire, Lieber/ beschwere dich nicht zu mir zu kommen.

Renunciandi. Auff/oder absagens form.

Caput 13.

R*Enũciare*, Auff sagen/abkündigen/*Renuncio tibi amicitiam*, Jch sage dir die freundschafft auff.

Renunciare hospitium alicui, & domo emigrare, Die herberg abkündigen vnd außfaren.

Renunciare conductionem, Die heur auffsagen.

Renũciare literis, mittere repudium, nunciũ remittere: Valedicere studio literarum. Der scholen guten nacht sagen / dem studieren absagen / die studia vnd lehr verlassen.

Virtuti nuncium remisit, Er hat der frommigkeit ab gesagt.

Interpellandi. Jnzuredens/in die red zufallens form Caput 14.

I*Nterpellare, interturbare loquentem, interrumpere sermonem alicuius, obturbare loquenti, obloqui, obstrepere alicui*, Jemanden in die red fallen/vn der spechen/ nit außreden lassen. *Terent. Siccine mihi interloquere?* Fallestu mir dermassen in die red.

Sine me peruenire quò volo, Laß mich außreden.

Abrumpere sermonem, die red /predig/ das gespräch abhawen.

Interpellator. Vnderreder/hinder/frager.

Interpellatio, Vnderredung/verhinderung.

Proferendi. Außsprechens form. Caput. 15.

PRoferre, *pronunciare, eloqui, proloqui, exprimere*, Außsprechen/mündtlich von sich thun.

Id quod sentit eloqui non potest, Mentis cogitata proloqui nequit, Nō potest animi sensa dicendo exprimere, Was er gefühlet vnd im sinn hat / das kan er mündtlich nit darthun.

Id veretur eloqui. Non audet hoc proloqui, das durff er nit auß sagen.

Hoc politius & perfectiùs proferas, Thu das zierlier vng vollkömlicher dar.

Pronunciare, recitare, aliquid memoriter, etwas außwendig reden/recitiren/darthun.

Contrà: Descripto dicere, Auß dem geschrifft daher sagen/lesen.

Non potui vllum verbum proloqui, Ich kundt nit ein wort reden/herfür bringen.

Exprimere non possum, loqui nequeo, nulla ratione consequi queo. Ich kans nit darthun noch verstehen.

Proferre aliquid in publicum, in medium, in apertum, proferre, patefacere aliquid, Spargere, in vulgus, Vnder dei leuth brengen/ außbreyten/ ins gemein nachsagen. *Teren. Hoc ego proferre incommodum mihi esse arbitror*, Das deinet mir nit nachzusagen.

Non duendis malis affligimur. wir werden mit vnsaglichen vbeln geplagt.

Apertè loquendi.
Außtrucklich/vnd öffentlich redens form.
Caput 16.

APertè loqui, planè, dilucide, dilucidè planeque, clarè, non obscurè, planè & pespicuè, öffentlich/ klärlich/ auß trucklich/ schlecht vnd recht daher sagen.

Loqui distinctè & articulatè, Vnderscheiden/ vnnd (stückweiß reden.

Vis apertè, quæ me restant loqui, Willstu das ich/ welche vberig seind außtrucklich sage?

Apertè ipsam rem locutus, nihil circuitione vsus es, du hast den hädel klar außgered/ keines vmmschwebens gebraucht.

Apertè ita vt sese res habet, narrato. Erzelts klärlich/ wie die sach geschaffen ist.

Circumloqui, per circuitum quendam declarare, Ein ding mit der red vmbfahren/erklären.

Circumlocutio, periphrasis, circuitio, circuitus, der red vmbschwebung/vmbleitung/ vmbzug.

Oratio clara & euidens, Klare vnd vnderscheidne findliche rede.

Oratio prolixa, obscura, inuolucris plena, plena ambagibus, ænigma, gryphus, Tunckel/ verschlagen/verdeckte rede/*Loqui prolixè, obscurè, tectè*, zägwirig/ vnklär vnd bedeckt reden.

Diserti & Indiserti Des wolberedten vnd vnberedten form. Caput 17

ELoquens, facundus, disertus, elegans in dicendo, miris naturæ dotibus ad dicendum instructus, singu-

ctus, singulari linguæ gratia, præditus est, natura com positus ad dicendum, Redselig/wolberedt zu reden von naturen geschaffen / begabet / der die zung zu seinem besten hat.

Est Nestoria facundia, Ex illius lingua melle dulcior fluit oratio. Est Attica eloquentia. Attico lepore præditus, Er redt gar süßlich/sanfftlich / lieblich vnd gefellig.

Eloquentia, Facundia, Geschicklichkeit zu reden/der reden zier/wolredung.

Vt hominis decus est, ingenium, sic ingenij lumen est eloquentia, Wie das verstandt des menschen zier ist/also ist das zierlich wolreden des verstandts liecht.

Grandiloquus, Prachtredig / der herzlich in worten ist/puchhanß.

Indisertus, magis mutus quàm piscis. Muta persona, Caput sine lingua, Vnberedt/ stumm/ der scheint als het er keinen mundt,

Præcipitare verba, præcipitanter loqui, stoltzreden/bralen/die worten vber den andern werffen.

Aequò celerius loqueris, Nimium præcipitas verba, Est tibi nimia celeritas in loquendo, du redst zu gach/ erlendts / zu gischwind / bist zu hastig im sprechen.

Tardiloquum, Langsam reden.

Tardiloquentia, Langsame redung.

Balbutire, titubare, hæsitanter loqui, impeditè loqui, hærere in sermone, Stamlen/wancken/in der red

red

red bleiben ſtechen/liſpelen.

Caue ne loquendo titubes, Luge das du in red nit ſchwackeſt/ linckeſt. *Balbus eſt, traulus, blæſus, impedita lingua, lingua illi titubat,* Er ſtöſſet ſich/ ſtamlet/ liſpelt/ er hat die ſprach nit faſt.

Titubantia oris propè mutus eſt, & elinguis, Er ſtöſt mit der zungen ſo faſt/ das er ſchier zung vnnd ſprachloß iſt.

Vox faucibus hæret, farinequeo, verba mẹ dificiũt. Die ſprach fehlet mir.

Orandi. Redens des worts zuthun form.

Caput 18.

ORare, habere orationem, Das wort thun/die rede füren.

Orare cauſam, Die ſach furtragen/ red fur gericht thun/ fürſprach ſein

Orator. Wolredner/ furſprach/ geſetzter furſprach etwas zu werben.

Oratoria, Ars oratoria. Wol redkunſt/ die kunſt wol vnd zierlich zu reden.

Oratio grauiſsimis verbis ſententijsq́, plena. Dapffere red mit gwichtigen worten vñ ſprüchen geſpicket vnd außgebutzet.

Oratio omnibus ornamentis abundans, elegans, cõcinna polita, erudita, cura & vigilijs elaborata, puris & electis verbis compoſita, ſplendida, exculta. Furtreffentliche/ außbündige/ geſchickte/ mit allerley zier herrliche erfülte vnd wolgeſtalte red.

Contra: Inculta, putida, rancida, ieiuna, inſuauis.

Vn-

Vngeschickte/vngezierte/faul stinckende/schrape/vnlieblich rede.

Oratio sine viribus & neruis, Krafft vnd sinnlosse red/ so nicht bindet.

Oratio Rhetorum machinis instructa Wol nach der kunst außbündig gestalte red

Oratio fortis, vehemens, incitata, acris, intenta, Starcke/bewegliche/hefftige/durchdringende red.

Oratio lenis, sedata, placida, submissa, Linde/sittige/höfliche red.

Declamare, in erdichten reden sich vbē wol zu redē.

Domestica & vmbratilis exercitatio, heimliche vbūg so binnes Hauß geschicht.

Thema, status causæ, Hauptsach/hauptpunct/darauff die gantze red ruhet/steht/gaht vnnd gericht ist.

Exordium, præfatio, proœmium, proloquium prologus, Vorred/der red anfang/intritt.

Præfari, proloqui, proœmiari, Vorreden/der red ingang machen.

Ordiri, exordiri, Anheben/anfahn.

Digredi ab instituto, Declinare, Egredi à proposito, vondem angefangen außschreiten/ ablencken/ auß schwencken.

Digreßio. ecbasis, parecbasis, Außtrettung ablenckung von dem furgenommen handel.

Nunc ad institutum se recipiat oratio, Redeamus ad propositum. Reuertamur ad rē, Las vns widder zu vnserm fürhaben kommen/ laß vns wider zū handel schretten.

Pater,

Parergo, Sermo iuxta propositũ, Das nit zur sachen gehöret.

Obijcere, Opponere, Gegenwerffen/ fürwerffen/ ein reden.

Diluere obiecta, refellere ea quæ obijciuntur, Was fur geworffen/ ablienen/ widerlegen.

Obiectio, Antilogia, Gegen/ furwurff/ vnd des verantwortung/ so man möchte dargegen sagen.

Expolitio, Enigs dings erklärung mit mancherley zierworten.

Facere finem dicendi. Colophonẽ adderre rationi. Finem imponere, absoluere, finire sermonem. Die red beschliessen/ endigen/ ablahn zu reden.

Epilogus, Peroratio, Conclusio, Das beschlaß.

Philosophari, Weißlich / kunstlich gespräch halten.

Sophista, Listiger/ behender/ griffiger redner,.

Apologia, Verantwortung/ beschirmung.

Apologeticus liber Vertedigend screiben/ buch.

Verba. Red/ wort form.

Caput 19.

V*Erba vsita ac trita*, Trauchliche/ vnd gewönliche wort.

Inusitata, insolentia, Vngewönliche wort.

Affectata verba, Mit fleiß gesuchte/ vnd zum pracht gestalte/ wort.

Affectatè loquitur, Der redet zum gepräng.

Verba ventosa, inania superuacanea, Eitele/ läre/ vberflüssige wort. (de statwort.

Verba sesqui pedalia, phalerata, ampulla, Hochtraben

Verba

Verba grandiora, grauia, amplißima, grosse dapffere/ gar räumliche wort.

Humilia verba, Schlechte vnd rechte wort.

Verba plena, sonantia. Volle/wol lautende wort.

Verba longè petita, Weit ersuchte wort.

Noua verba, newe wort/ *Prisca antiqua,* alte wort.

Odiosa, dura, Verdachte/harte wort.

Verba translata, Versatzte wort von jhr eigen bedeu tung zu gleich förmigen. *Translatio, metaphora,* Solche der wort versetzung.

Verba fictitia, voces fictitiæ, Erdichte/ dem ding nach gemachte wort. *vt Bombarda, Taratantara, Ad verbum,* von wort zu wort.

Verbum verbo reddere, Ad verbum transferre, Vonn wort zu wort vbersetzen.

Verba dare, decipere, Die fünff wort geben/ betreigen/mit worten verfüren.

Verba ad rè conferre. Agere quod quis dicit, Den worten krafft geben/thun was man sagt.

Terent. Verùm si verba ad rem conferentur, vapulabit.

Isto verbo mihi animum reddidisti. Rediit mihi isto verbo animus, Mit dem wort hab ich wider muth kregen.

Facere verba ad aliquem, vel alicui, id est, loqui.

Antequàm verba facerem, de sella surrexit & abiit, Ehe ich ein wort gesprochen/ist er vom sitzstul auff gestanden vnd hingangen.

Vera di-

Veradicendi. Warsagens form. Caput.

D*Icere verum, dicere id quod res est, dicere ita vt res est, dicere rem ipsam,* Sagen wie es an sich ist / wie es an reyen stehet.

Videre verum, atque ita vt res est, dicere, Du scheinest die warheit zu sagen.

Vera mihi loqueris? Verane mihi narras? Dicis mihi verum? Ist auch war / das du mir sagest?

Haud scio an ea quæ mihi dixit, vera sint omnia, Jch weiß nit / ob die auch welch er mir gesagt / alle war sein.

Sum verus? dixin tibi verum? Hab ich dir nit die warheit gesagt?

Id ne verum est? Ist das nicht war?

Non potest veritas ab illo extorqueri. Non vult verum fateri, Man kan die warheit nit von jm vernemen / er will nit recht bekennen.

Verè, Reuera, In veritate, Fürwar / geweißlich.

Non hyperbolicos, sed verissime loquor, Jch vergreiffe mich nit / sonder sage jmmer die warheit.

Oracula loqui, id est, certa & indubitata, Gewisse ding sagen vnd die so / auß dem Himmel kommen.

Cic. Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. Teren. Non Apollinis magis verum atque hoc dictum est. Das ist so war / als das H. Euangelium.

Vt verum loquor. Vt verè dicam, Das ich die worheit sage, das ich recht sage.

Verisimile. simile veri & vero, credibile, veritati consentaneum, probabile, Der warheit gleich/gemeß.

Teren. Mihi quidem hercule non fit verisimile, Warlich/es scheinet mir der warheit nit änlich.

Verax, Veridicus, Warhafftig/so war saget.

Mentiendi. Liegens form.

Caput 21.

M*Entiri, ementiri, mendacium dicere, comminisci, excogitare, fingere*, Liegen/erdichten/erdencken/lügen sagen/auß den fingern sugen. *Cic. Redargue me si mentior*, So ich liege/widerlage es/straffe es,

Terent. Mentiri non est meum, Es geburt mir nit zu liegen.

Terentius: Si quicquam mentitum inuenias, occidito. So du etwas erlogen findest/tödte mich.

Mentiri de aliqua re, Von einigem ding etwas erdencken.

Hæc omnia mentita & falsa sunt, Alle diese seynd erlogen vnd falsch *Legitur & Ementitor*,

Magnum & impudens mendacium. Callidum mendacium, Prouerb. Pro audaci & impudenti, Grosse vnuerschampte/vnd behende lügen.

Fucum addere mendacio, Der lügen in farb anstreichen/ein art geben.

Mendax est. Totus ex fraude & mendacijs compositus est. Scatet mendacijs, Vanus est. Er ist ein lügner/lauffet von lügen vber.

Non temperat sibi à mendeacijs, idem.

Certare mentiendo, Certatim mentiri, Inder wett/ vmb den preiß liegen.

Affatim mutuis mendacijs se oblectant, Sie treiben ein den andern vmb mit lügenwerck / fatzen sich vndereinander mit erdichtem ding.

Si dixerit mendacium, solito suo more fecerit, Sagt er lügen/so thut ers nach seiner weyß.

Res commentitia, commentum, mendacium, Erdicht ding/lügen.

Terent. Illis commentum placet, Jhnen gefellet der botze das gedicht. (werck an.

Fabulam inceptat, Er fang sein schwēck/fabel.

Fingũt quandam fallaciam, sie dichten einen bescheiß

Affingere, Darzu dichten. (ingedenck sein.

Mendacem memorem esse oportet, Der lügner muß

Improbi hominis est, mendacio fallere, Es ist eines vn frommen mans handel/ mit lügen bescheissen.

Audiendi. Hörens form.

Caput 22

A*Vdire, capere auribus, accipere auribus,* hören. *Cognoscere, Comperire, Resciscere?* Verstehn/ ein pfinden/vernemen.

Dicimus pro eodem: Audire de aliquo, Ab aliquo, Ex aliquo, Von oder auß einigem hören. *Cicer. Audiui hæc de patre meo puer, id est, à patre. Idem, à maioribus natu audiui. Idem: Ex istis sæpè audiui.*

Tere. Caue posthac (si me amas) vnquam istuc verbum ex te audiam, Hüte dich/ das ich hernach (so du mich liebest) diß wort niche von dir höre.

Eadē hac multi alij audiuêre, Eben diese haben auch viel andere gehőrt.

Audin tu illum, Hőrstu jn wol.

Ad aures meas venit, peruenit, Es ist mir fűrkommen habs gehőrt.

Audire est operepretium, Es ist hőrens werth.

Audire habeo. audiēdum est mihi, Ich muß es hőren.

Miserum me, quod verbum audio? Ey mir / was / hore ich?

Ex auditu, Von hőren sagen / von nahe sagen.

Ex auditu multa mentimur, Auß hőren sagen liegen wir viel.

Auditum ex te aiunt, Die sagens man hats von dir gehőrt.

Hoc offendit aures meas: Aures meæ hoc non ferunt, diß beleydiget meine ohren / dis mag ich nit horen.

Meæ aures semper omnium præceptis & monetis patuerunt. Meine ohren seind stets aller leut lehr vnd ermahnungen offen gestanden / gute ermanun gen hab ich wol leyden kőnnen:

Regum aures patere debent querelis omnium, Herren ohren. solten aller klag offen stehen.

Accipere aliquid æquis auribus, Etwas gűtlich anhőren / vernemen.

Aures illius atq; animus à me abhorret, Er kan mich wider hőren noch leyden.

Habet aures hebetiores, obtusiores, surdaster est, Er hő ret nit wol / er ist etwas hathőrig

Est acutissimi auditus, Auritus est, Er hőrt gar wol.

Vt

Vt idem omnes exaudiant clarißima voce dicam,
Jch wils vberlaut sagen/ dz sie alles hören.

Audine aliquem, id est, eße discipulū alicuius, jemands schöler/jünger sein.

Auditor, ein discipel/zuhörer,

Auditorium, Lehr/studir platz/ da man list. *Frequens auditorium, id est, multi auditores.*

Auscultandi, Animaduertendi.
Auff merckens/fleissig vernemens form
Caput.23

A*Vscultare, Animaduertere, Animum attendere, Attendere, Aures alicùi dare, Patefacere, Operam dare, Adimouere alicui aures, Præstare audientiam,* Zuhören/ auff mercken / fleissig war nemen/vnd zu hertzen fassen.

Quam rem vitio dent, quæso animaduertite. Hört doch liebe/was ding sie jhm zur schanden anmesse.

Date operam, & cum silentio animaduertite. Seyet geflissen/vnd mercket mit stillung drauff.

Percipite quæso diligenter quæ dicam, et ea penitus animis vestris mentibusq; mandetis, Jch bitte vernemet fleißlich das ich sagen werde / vnd fasset sie gar zu hertzen vnd sinn.

Erigite mentes auresq; vestras. Diligenter attendite, attentè, attento auimo aubito, & animum & mentem adhibete, mercket fleissig/embsig drauff/höret zu mit hertzen vnd sin.

Excitare animos vt attendãt. Facere auditoribus atte tionem, Facere audientiam, Die gemüter erregen auff zumercken.

Oscitanter auscultare, Alias res agere, Vbel zuhören.

Remittere aures, demittere aures, id est non audire, Des zuhöres nit achten/faren lassen.

Pendere narrantis ab ore, est attentè auscultare, Die wort auß dem mund nemen.

Quæso vt eadem benignitate, qua soletis, meà verba au diatis, Ich bitte/woltet als güttlich jhr pfleget/ meine wort hören.

Attentissimis animis, & summa cum benignitate eum audiuerunt, Sie haben jhn gar geflissen vnd gütlich außgehöret.

Hoc non magnoperè attendẽdum, Darauff muß man nit viel achten

Ad manus tuas potiùs, quam ad pedes attentus fuero, Ich werd balder auff deine händ/ als auff deine füß lauren/halten.

Non fui ad eam rem attentus, Darauff hab ich nicht geacht.

Fac ad verba mea attentum te præbeas, Achte auff meine wort.

Interpretandi, Außlagens/verdolmetschens form. Caput. 24.

INterpretari, exponere, interpretatione explicare, explanare, explicare, rem obscuram explanare, enarrare, Außlagen/erklären/ verdolmeschen/

ein

ein deing der zuhören begreifflich/ verstandtlich dar thun.

Enucleare, exactè explicare, Erleutern/ vollkömlich erklären.

Explicare aliquid exactißimè & planißimè, expeditè, apertè, planè, luculenter, dilucidè, perspicuè enodare perspicuum facere, idem.

Hoc nullius interpretatione aut ornatius explicari, aut planius exprimi potest. Das köndte durch keines erklärung wider zierlicher erlautert / noch außtrucklicher dargethan werden.

Planè quid sit non intelligo, explanabis igitur diligentius, Ich verstehe gar nicht was es ist / wirsts derhalben fleissiger außlägen,

Hoc facilius intelligi quam explanari potest, Das kan leichter verstäden / als erklärt vnd dargethā werden.

Verbis explicari non potest. Man kans mit worten nit erklären.

Nunquàm te nisi omnia quæ percunctatus ero explicaris dimittam, Ich werd dich nit lassen/ wen du mir nit erklärest alle/ darumb ich fragen werde.

Quid vt tibi planius exponam, paulo altius repetam, Damit ichs dir klarlicher bedeuten möge / will ichs etwas höher erholen.

Reddam, & exponam tibi rationem mei facti, Ich soll dir meines handels bericht thun.

Benè dicta malè interpretari, So wol geredt/ das vbel außlägen.

Hæc omnia sinistrè interpretatus est.
Accepit in malam partem. Er hat diß verkert außgelagt/er hats für vbel auffgenommen.
Aliorsum atque ego dixi, accepit, Er hats anders/weder ich geredt/auff genommen.
Hoc aliter accipis atque est, Das verstehestu anders als es ist.
Sine interprete hæc intelligi nõ possunt. Hæc tam obscura sunt, vt egeant explanatione: vt explenationẽ, interpretationẽ adhibere opus sit, diß kan man on außläger nit verstehn/ man muß dar erklärung zu haben/weil sie fast dunckel seind.

Intelligendi. Verstehens/begriffens form. Caput 25.

INtelligere, capere, animo percipere, mente cõplecti, cogitatione cõprehendere, intelligentia & ratione comprehendere, Verstehen/fassen/begreiffen.
Non satis intelligo quid velis. Ich verstehe nit gnugsam was du wilst.
Hinc facilè intelligi potuit, Dannen gat mãs leichtlich verstehen mögen.
Te plus intelligere & sapere, quam me arbitror, Ich halte dich verstendiger vnd weiser. als ich bin.
Hoc longißimè à mea intelligentia sensuq; disiunctum est, Das ist gar weit vber meinen verstand vnd sinn.
Facit na intelligendo, vt nihil intelligat, Er machts

warlich mit dem kläuglen dz er nichts versteht.
Ego quid agas nihil intelligo, Ich verstehe gar nichts was du machest.
Non herculè intelligo, Warlich ich verstehes nit.
Quid hoc, intellexin? was dis / hastu es auch verstanden?
Intellexi illius sententiam, Ich habe seine meinung verstanden.
Hæc tam magna sunt, vt vix cuiusq; mens aut cogitatio capere poßit, Diese seyndt so gros / das sie kaum jemandts verstand vnnd gedancken begreiffen mogen.
Id tamen percipi & comprahendi poteſt, das kan man jedoch fassen vnd begreiffen.

Cogitandi. Betrachens / bedenckens form.
Caput 26.

COgitare, meditare, commentari Animo, mente agitare, tractare. Cogitationem alicuius rei habere, Bedencken / betrachten / vberlagen.
Hoc dies noctesq; cogito, Dar dencke ich tag vnnd nacht auff.
Mecũ cogito, In animo cogito, animo mecũ cogito. ich betrachts es ich bedencks in meinem hertzen.
Omnem meam cogitationem in hoc repono, Ich setz in disem ding all mein betrachtung.
Cœpi egomet mecum sic cogitare, Ich hab bey mir selben angefangen also zu gedencken.
Versantur in animo meo multæ & graues cogitationes,

Es schweben in meinem hertzen vil vnd schwäre gedancken.

Hæc cogitatio me perturbat, Dise betrachtūg macht mich irrig/fatzet mich.

Percurrere aliquid animo & cogitatione, etwas vberschlahn mit dem hertzen vnd gedancken.

Incidere, venire in cogitationem aliquam, Etwan jn einige gedancken fallen/kommen.

Dimittere cogitationem, die betrachtuug/das nachdencken faren lassen,

Injicere alicui cogitationem, Jemaden ein bedencken machen.

Liberæ sunt cogitationes, Gedancken seind zoll frey.

Cogitata perficere, gedancken von anschläg wolbringen.

Hæc multò antè meditare, Betrachte dise lang beuoren mit fleiß.

Omnia mihi meditata sunt, Jch hab als betracht vñ vberlagt.

Animus in diuersa rapitur, Jch gedenck allerleys.

Aliam rem ex alio cogito, Jch betrachte eins nach dem andern.

Futuras mecum commentor miserias, Jch betrachte mit mir die künfftige elend.

Commentemur inter nos, quo pacto hoc effici possit. Laß vns miteinander betrachten/ beraden/ wie man diß möchte vollbringen.

Quid hinc sit futurum, perpende, Erwäge was hierauß erfolgen will.

Expendere, perpendere excutere, Erwägn/ vber sche lahn/betrachen. Exa-

Examina singula verba & perpende. Ergründe vnnd erwäge jedr wort.

Inconsideratus, incogitans, praeceps, Vnbedächtlich/ vnbesinnet/zu gäch.

Suspicandi. Argwonens/verdenckens form.

Caput 27.

S*Vspicari. Suspicionem habere, opinari. suspicione, assequi,* Argwonen/wahnen/vermeine/ vermuthen.

Suspicari aliquid mali, was böses vermuden/ wahnen

Suspicio est, suspicantur te hoc fecisse. Es ist ein argwohn/sie argwohnen dich das gethan haben.

De te nihil malae suspicionis in animum inducere potui, Von dir hab ich mir nit böses wohns ins hertz bringen können.

In hac re nulla subest suspicio Haec res nullam habet suspicionem, Hierin ist kein verdencken/diß hat kein verdencken.

Venire, cadere, incidere in suspicionem, In ein argwohn/verdencken kommen vnd fallen.

Venit in suspicionem furti, Suspectus est furti & de furto, Er ist des diebstals verdacht/beziegen.

Haec res facit suspcionē, mouet, efficit, Diß ding mach regt ein argwohn.

Vnde haec tibi incidit suspcio? Vnde hanc colligis suspicionem? Woher falt dir diß verdencken in?

Wannen nimbstu disen argwohn?

Deponere suspicionem, quā de aliquo habeas, Das verdencken so du von jemanden habst / ablagen / faren lassen.

Haec

Hæc suspicio non potest ex animo illius dimoueri, Diß vermuthen kan man nit auß seinem hertzeu bringen.

Est nimiu durus & suspiciosus in suos, Er ist zu hart vnd gegen die seine achterdechtig/argwönig.

Inquirendi. Erforschens/versuchens form.

Caput 28.

INquirere, scrutatari, excutere, Fleissig ersuchen/erforschen/erwågen/durchsehen.

Inquirere in mores alicuius, in aliquē, de aliquo, Vm eines wandel/leben vnd sitten erkündigen.

Non est inquirendum in alios quid agant, aut quemad modum viuant. Man soll nit erklauben was andere Leuth machea/ oder wie si Haußhaltem.

Inquisito, Fleissige erforschung/nachfragung.

Inquisitor hæreseos, Ketzermeister.

Scrutatus sum quæ potui, Ich habe erforschet wz ich gekőndt.

Non scrutor, quia nihil ad me pertinere arbitror, Ich gerůble nit/sintemal ich halts mir nit angehőre.

Sctutari domum furaciter, Ein haus diebischer weyß ersuchen.

Scrutari, Excutere aliquem, Jemauden versuchen.

Scrutatus sum illū pro meo arbitratu, Ich hab in meines gefallens ersucht.

Excutere vestes, Die klēider ersuchen.

Interrogandi. Fragens form.

Caput.29

Rogare, interrogare, percunctari aliquem: Quærere, perquerere, exquirere ab aliquo, Fragen erforschen/vernemen.

Rogare vnum te volo. Jch will dich eins fragen.

Est quod volo exquirere à te. Paucula ex te solo sciscitari volo, Jch will etwas von dir allein erfragen.

Exquirere, sitne ita vt prædico, Erfrag est/obs nit so ist / wie ich fürhin sage.

Exquirere, quære ab alijs, Erfrag es von andern.

Quæso, quod te percunctabor, ne id te pigeat proloqui, Jch begere/wolt vnbeschwert sein zu sagen/was ich dich fragen werde.

Percunctari aliquem de aliqua re. Percunctari aliquid ex aliquo. Jemanden warumb fragen.

Quod quæsiuisti me, respondebo, Warum du mich gefraget/will ich antworten.

Dicimus: Quæro te hanc rem, & Quæro te de hac re, &, Quæro hanc rem abs te.

Quæso quid mihi sit faciundum? Lieber/ was soll ich thun?

